Sub Actu præsenti pro Januario 1661 [uncertain]

## Malinowo Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen. ibi comparentes Nobiles Martianus et Andreas filij olim Joannis Malinowskij nomine suo et Nobilis Gregorij Malinowskij fratris sui germani a quo de rato et grato cavent sani mente et corpore existentes palam ac libere recognovit. Quia sibi et eidem fratri suo Nobilis Paulus olim Stanij Malinowskij ex obligatione bonorum in hereditate Malinowo Zelechi sitis parenti suo per ipsum inscripta pro suo interesse Tres Sexagenas Polon persolvit ideo ipsos quietat et de bonis pro suo interesse ex campo ad ipsum iure condescendit.

## Gasowska Grochowska Reformatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen ibi comparens Nobilis Martinus olim Petri Grochowskij de Grochy heres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia Nobili Helizabeth filiae Nobilis Adami Slewacki Gasowskij conthorali suae legitimae ratione veri dotis post eam accepta et in bona sua importatis in Omnibus et singulis bonis suis Mobilibus et immobilibus in hereditate Grochy et alibi ubivis consistentibus hereditarijs obligatorijs et alijs quovis modo et iuris titulo concernentibus habitis et in post habendis ac acquirendis Summam Ducentorum florenorum Polon monetae certi veri ac liquidi debiti ad primam eius requisitionem suae ijs succesorum solvendam inscribit et assecurat Sub vadio simili aliorum Ducentorum florenorum Polon in defectu solutionis ad solvendum succumbendo. Et Coram officio praesenti in primo Castoris Termino peremptoria acquitatione Omnibus in universum iuris remedijs et defensis se et suis successoribus abrenuncians.

## Grochy Exemptio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen ibi comparens Nobilis Albertus olim Petri Grochowskij ab una et Nobilis Martinus eiusdem Petri Grochowskij partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia ipsi sese mutuo et vicissim ex obligationibus bonorum immobilium in hereditate Grochy consistentibus per se apud quasvis personas exemptis suae per se sibi obligatis seu sibi demissis ob initam mutuam concordiam et complantationem summas quietant emittunt et liberos faciunt ac inscriptiones obligatorias cassant bona Omnia per medium tenere Albertus penes metam successorum olim Laurentij Grochowskij et Martinus penes metam Gierlowska tenere debent ac se inscribunt perpetuis temporibus.

## Grochy Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Branscen ibi comparens Nobilis Albertus olim Stanij Grochowskij sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobilibus Alberto et Martino filijs olim Petri Grochowskij et eorum successoribus de Omni [illegible] suo sive inscriptione certa sibi recognoscenti per Nobilem [illegible]

super certas partes bonorum in hereditate [illegible]

authenticas facta et recognita Cum Omn[illegible]